

Lupacchinius communicavit cum Antinorio, Giovenazio (cuius manu descripta extant in cod. Vat. 9144 f. 94), Marinio, unde apud hos redeunt; sed excerptis certe Giovenazzii et Marinii recte carebit cui datum est ipsa auctoris sylloge uti. Antinorius tamen habet Lupacchiniana quaedam in codice non reperta.

XI. Franciscus Xaverius GVALTIERI episcopus aliquamdiu Aquilanus, deinde Casertanus, iustis laudibus celebratus a Giovenazio in Aveia p. 133, adulescens et in instituendo museo Aquilano multum laboravit (v. c. IX) et eo fere tempore quo sua congessit Lupacchinius (ad n. 3484 annus adscriptus est 1764) titulos per agrum dispersos diligenter et perite descripsit. Quae collegit Aprutina ipsius manu scripta extant inter Giovenazziana cod. Vat. 9144 f. 62. 65—69. 71—85. 90—93. 96. 97. 101. 103. Redeunt eadem inter Antinoriana. Accedunt eiusdem epistulae ad Marinium datae a. 1780—1791 ex Neapoli, a. 1792—1802 ex Aquila servatae in cod. Vat. 9051; collectanea autem illa multo ante facta sunt.

XII. Viti Mariae GIOVENAZZI collectaneis epigraphicis, quae servantur inter Mariniana cod. Vat. 9144, non pauca inesse cum Giovenazio communicata ab amicis Lupacchino et Gualtierio supra dixi. Ab ipso quae excepta videntur in regione Aprutina (a. 1760 adscriptis ad n. 4324. 4329. 4333; a. 1761 ad n. 4288) reperiuntur potissimum f. 98—100. 113. 115—117. Eiusdem egregia *della città di Aveia ne' Vestini ed altri luoghi di antica memoria* commentatio (Romae 1773. 4. pp. CLXII) ut ad totum agrum Aquilanum pervenit, ita Aveiae exolecentem iam et quasi extinctam memoriam praeclare resuscitavit.

XIII. Iosephus Iustinus de COSTANZO monachus Benedictinus Marinii amicus in itinere (*Odeporico*), quod impressioni paratum c. a. 1800 absolvit, adservato hodie Romae in S. Pauli coenobio, parte tertia, maxime f. 207—227, ubi agit de Vestinis, complures huius regionis titulos posuit.

XIV. Iosephi LIBERATORE scripta (*Opuscoli varj. Navigazione della Pescara*. Aquilae 2 voll. 1834. 1839) raro profuerunt.

XV. Romualdus CARLI de Peltuino liber (*memorie storiche della città di Peltuino ossia Ansidonia*. Aquilae 1797. 4. pp. 33) pendet fere ex editis; utiliora fuerunt quae de effossionibus a se institutis Amiterni c. a. 1834 similibusque cum Kellermanno communicavit.

XVI. Ferdinandi MOZZETTI collectanea epigraphica scripta Aquilae Dresselius vidit et excussit. Insunt tituli musei Aquilani alique vulgares; praeterea repperi in Corfiniensibus auctorem adhibuisse Mascittii schedas (unde sumpsit e. c. n. 3224) et Martelliana edita a. 1835 (v. n. 334\*), sunt igitur recentissimae neque profuerunt. Auctoris nomine cum ipsae schedae carerent scriptae a barone Theodoro Bonanni, id patefecerunt epistulae Mozzetti ad Gervasium (epp. ms. vol. XIII) scriptae d. 14 Ian. et 22 Febr. a. 1841, ubi ait collegisse se titulos omnes Aquilae adservatos et inter alios titulos musei unum proponit plane similiter corruptum atque ex Aquilanis schedis enotavit Dresselius.

XVII. Angelus LEOSINI Aquilanus ut olim mecum vel cum Instituto, ita nuper cum Dresselio quae repperisset liberaliter communicavit. Praeterea adhibui libros eius: *monumenti storici artistici della città di Aquila e suoi contorni* (Aquilae 1848. 8. pp. 316), ubi in fine (p. 302—316) musei Aquilani titulos potiores edidit; *sulla città di Pitino dei Sabini* pp. 40. 8 (adhibui exemplar ab auctore emendatum; legitur item in ephemeride Neapolitana *Poliorama pittoresco* a. XVI 1855/6); *la provincia dell' Abruzzo ultra II* (Aquilae 1867. 8; est item in ephemeride *Rivista Italiana* a. IV).

XVIII. In editione priore haec pars admodum imperfecte evasit. 'Ipse quidem', praefatio ait, 'descripsi lapides musei Aquilani, sed paucis horis vespertinis rem absolvere coactus non potui exempla ita ut vellem emendare, ut etiam Antinoriana propter temporis angustias non ita excussi, quin fortasse quaedam utilia praetermiserim. Denique Amiternum adii lapidesque ibi descripsi. Plura tamen restant facienda totusque ager Aterninus denuo lustrandus est inscriptionum causa, quod si cui aliquando licebit, velim me ne desidiosum neve obliviosum reputet, sed multis et gravibus curis obstrictum non plene perfecisse sciat id quod institueram'. Deinde BRUNNIVS propter corporis nostri volumen primum agrum Aprutinum universum percurrere non pauca emendavit et addidit. Denique id officium ut utile et pulchrum, ita nec facile nec gratum, huius ipsius syllogae causa a me rogatus Henricus DRESSSEL totum in se recepit et ita perfecit, ut iam universo territorio data opera peragrato de singulis ita constet, ut pro rei natura hodie constare potest. Nam antiquae incuriae ut nos mederi non possumus, ita hoc videmur nobis perfecisse, ut nobis incuriam aequi iudices non sint exprobraturi.

4177 lamina aenea. Amiterni rep. GARR. Deinde Romae apud Capobianchium rerum antiquarum negotiatorem HENZEN. Iam apud Garruccium GARR. — Ad Romam rep. GAMVRR. errore.

ALBSI · PATRE

Henzen contulit descriptam a Gamurrinio editaque *Bull. dell' Inst.* 1874 p. 82 et in *Ephemeride epigraphica* II p. 198, ubi datur ligno expressa, item inter urbanas vol. VI n. 3672; Garrucci syll. n. 2298.

*Albsi* dictum est pro *Albesi* sive *Albensi*. Cum *Albensis* patre Henzenus composuit Reatinum patrem, recte puto.

4178 litteris antiquis certis. Amiterni rep., est Aquilae in domo Durantini.

in latere in antica: in latere

VSIA · M · L  
MELITINE ·  
DIA · D ·  
DE

in postica:

rosa

Dressel recognovit descriptam a Leosinio.

4179 ad S. Victorini innanzi alle prime scale dell' altar maggiore.

PIEMA · LACVTV · lana  
DE · D · D · L ·

Lupacchini cod. Neap. f. 47; Gandelli n. 151 b.

4180 Aquilae in aedibus Io. Mariae Colantonio.

T · CORVIO · AII  
FERONIA  
BONO · MERET

Massonius n. 84.

3 MERET traditur.

4181 [=5754] Amiterni in aedícula ecclesiae prope altare maximum.

.....  
.....CRISPINVS  
aeDEM · FORTVNAE  
collAPSAM  
5 reSTITVIT

Antinori ms.; Gandelli n. 153.

4182 [=5755] ara rotunda. Aquilae in aedibus Patrum Oratorii ANT. In museo Aquilano LVP. et POSTERIORES.

T · VINIO · RVFO · T · TITSIENO OCT VIR  
Q · ORFIO FVLGINIO · C · IEGIO · AED  
PRAEFECTVRA · AMITERNINA · PRO REDITV  
IMP · CAESARIS · AVGV ·  
FORTVNAI

Descripsi ego, recognoverunt Brunn et Dressel. Antinori apud Mur. ms. 21, 231, ed. 80, 7; Gualtieri cod. Vat. 9144 f. 69; Giovenazzi Aveia p. 124; Lupacchini cod. Neap. f. 26 et apud Marinium cod. Vat. 9130 f. 56; Antinori iun. *lettera al Martelli* p. 12; Bunsen dedit Kellermanno; Leosini Aquila p. 306, Pitino p. 9. Orelli 3699.

2 et FVLGINIO et FVLGINIO legi potest.

4183 [=5757] litteris altis centim. 14; ad S. Victorini in ecclesia extrinsecus.

HERCO

Descripsi ego, recognoverunt Brunn et Dressel. Est in vol. I n. 1288 et in tabula Ritscheliana LXXVII c.

## LXXXVII. CARSOLI (p. 382. 682).

ad n. 4051. Primi tituli v. ultimum magis sic constituendum esse arbitror: [*instaurari paludesque pe[r] in[via] meatu novo . . . averti oportere iussurunt.*]

ad n. 4056. Est cum praescriptione 'Carsoli, nunc Arsoli 1739', scripta ut videtur manu Rodulphini Venuti, inter schedas Guarnerianas Pisaurenses. — Falsum exemplum Romae *nella bottega di Nicolo Venuti scarpellino in Campo vaccino* descripsit d. 12 Oct. 1748 Gallettius (cod. Marucell. A. 77 f. 164).

ad n. 4076. Pro *Collis* scr. *Cellis*.

## XC. AMITERNVM (p. 397. 683).

ad n. 4177. Non Amiterni, sed Albae ad Fucinum repertam esse ait Garruccius, ipse suum errorem emendans in appendice ad syllogem nuper edita p. 23.

ad n. 4192 Maj. 26. Fortasse huc pertinet quod scribit Suetonius Tib. 17: *quas ob res* (gestas in Illyrico et in Germania a. 762) *triumphus ei decretus est multique et magni honores: censuerunt etiam quidam, ut Pannonicus, alii ut Invictus, nonnulli ut Pius diceretur: sed de cognomine intercessit Augustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset.* Id si ita est, supplementa ita fere formari poterunt: [*fer. ex. s. c. quo]d eo die [a senatu Ti.] Caesar [appellatus] invictus est [nec accepit].*]

ad n. 4194. Nomen Sex. Sentii Caeciliani explet lapis miliarius Thevestinus C. VIII n. 10165, ut ostendi ibidem in praefatione p. XX.

ad n. 4271. Dele; est Firmana suo loco relata n. 5361.

## XCI. AGER AMITERNINVS (p. 412).

ad n. 4372. Ante AICAS excidit T., ut ostendit adnotatio.

## CI. Inter Forum novum et Cures (p. 461. 686).

ad n. 4861. Redit infra n. 6364 collocata Poggii Aemiliani, excepta ita fere ut correxi.

## CII. TREBVLA MVTVESCA (p. 463. 686).

ad n. 4119. Conferendus titulus repertus Edessae in Macedonia (Eph. epigr. vol. 2 p. 476 n. 1052): *D. m. Epicteto nutricio Mulvia C. f. P[la]cida patrona, Tadi Nepotis leg. pro pr. provinc. Macedoniae.*

ad n. 6364. Dele; legitur supra n. 4861.

## CIII. CVRES SABINI (p. 471).

ad n. 4969. 4972. Apud A. S. Mazochium († 1771) in schedis ms. tituli leguntur coniuncti ut apud Gallettium et Sperandium loco non adscripto. Huius varia lectio haec est: 1 ...VS — 2 SAB·SVIS·PECVNIS·NYMPHEVM — infra fractus datur.

## CV. Ager a dextra Vomani superioris (p. 484).

ad n. 5046. Recognovit nuper Barnabeus et emendavit sic:

RANIA · C F
VICTORIAE
L · M